



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Commentarius Pavli Bernriedensis, Antiqui Scriptoris, De
Vita Gegorii VII. Pontif. Max.**

Paulus <Bernriedensis>

Ingolstadii, 1610

Visio Herlvcae Virginis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65381](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65381)

VISIO HERLUCAE
VIRGINIS.

Herluca *Vitam*
Vide *infra*.

HELICIS namque memoriae Virgo Herluca, cui familiares erant visiones, & reuelationes Domini cum infirmitatibus Apostoli, fide- li relatu nobis insinuauit: quod ipsa vice quadam dum solitaria resedisset in cellula sua, subito viderat Dominum IESUM ad se introire, comitante beato Wicterpo Augustensis Ecclesiae quondam praesule, habitoque paulisper silentio, subsistere, & vulneratum sua cruore manantia ostendere. Cumque horripilasset a timore visionis insolitae, affatus est eam Episcopus ita dicens: Abhorres ne soror a cruenta specie Saluatoris? Ait: Etiam Domine. Vis eum, inquit, taliter ulterius non videre? Respondit: volo. Noli, inquit, ergo amodo ^a Richarij presbyteri Missas audire: qui debitam tanto officio castimoniam non vult custodire. Sic enim vocabatur presbyter, ^b qui illi Ecclesiae indignus praerat, iuxta quam Virgo DEO dedicata manebat; ex tunc eum publica vitatione confutatum, & exemplo suo plebem, ut idem faceret, animauit.

^a Richardi.

^b Eptaticum
Vocat Paulus
locum illum,
cuius Ecclesia
Richarius praerat.

Eppach Germanice, non
procul a Schon-

ga Bavarie ciuitate, ad Lycum fluium, et dicitur in Vita S. Wicterpi Episcopi. Egit tamen presbyter iste postea seriam penitentiam; et scribit Paulus in Vita Herluca.



T ALIA